



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Directorivm Inqvisitorvm F. Nicolai Eymerici Ordinis  
Prædicatorum**

**Nicolaus <Eymericus>**

**Venetiis, 1607**

De Modo Procedendi.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-13589**

Q V A E S T I O X L I I I .

An Inquisitor possit procedere contra Blasphemos, Sortilegos, Necromanticos, &c.



Vadragesima quarta questio est: Vtrum inquisitor possit procedere contra blasphemos, sortilegos, necromanticos, per annum excommunicatos, apollatas, schismaticos, neophytes ad priorem perfidiam reuersos, Iudeos, & infidelis ceteros, in terris Christianorum conuersantes, dæmones invocantes, seu alias fidem catholicam peruersis dogmatibus corruptentes?

Respondemus, qd ad hoc responsum est in secunda parte in 41. q. & tequibus, in qua de his sunt formatæ specialiter questiones: videatur ibi.

COMMENT. XCIII.

Cum auctor hoc loco non proponat materia buius questionis ex proprio disputadam, cum multis eam explicauerit supra parte 2. questi. 41. & seq. ut ipsem testatur, si uera hic repeteretur, qua copiose sunt a nobis illis locis declarata. vide Tabensem in summa verbo, inquisitor. §. 28. vbi consentit cum Eymerico.

Q V A E S T I O L X V .

Cōtra quos generaliter ex officio suo possit inquisitor procedere.



Vadragesima quinta questio est: Inquisitor contra quos generaliter ex suo officio potest procedere, & teneur?

Respondemus, quod potest procedere cōtra de heresi suspectos, de heresi diffamatos, hereticos, credentes, receptatores, defensores, fautores, ac officij impeditos, ac directe, vel indirecte retardatores.

De hereticis, credentibus, receptatoribus, defensoribus, & fautoribus hereticorum, habetur in c. Excommunicamus itaque. in §. credentes, de heret. Sed de omnibus his, ac etiam de diffamatis, & suspectis, habetur expressius in c. V officium. in princ. de heret. lib. 6. vbi dicitur sic: Ut officium inquisitionis cōtra hereticos in Provincia, in qua vobis idem officium est cōmisiū, auctoritate Apostolica possitis efficacius adimplere, discretioni vestra per Apostolica scripta mandamus, quatenus ubique in præfata Provincia, simul, vel separatim, aut singulariter, (prout negotiū utilitas suadebit) cōtra hereticos, credentes, receptatores, fautores, & defensores eorum, nec non cōtra infamatos de heresi, vel suspectos iuxta sanctiones canonicas, (hominū metu diuino timori postposito) procedatis.

De impeditoribus officij, seu retardatoribus habetur in litteris Clemētis, & Urbani IIII. que

Relat. supra  
pag. 104.

Relat. supra  
pag. 129.

A incipit: Præ cunctis. in §. ceterum, vbi dicuntur: Ceterum, si forte (quod non credimus) aliqui cuiuscunque conditionis huic negocio vobis cōmiso se opponere, seu illud præsupserint aliqua tenus impedire, vt nō possit procedi libere in eodem: immo nisi requisiti illud fuerint, & iuxta officium, & posse suum singuli iuuent studios, contra eos tamquam hereticorum fautores, & defensores, secundum sanctiones canonicas freti eidem auctoritate intrepide procedatis.

COMMENT. XCIII.

O Mnes, cōtra quos procedere potest inquisitor, breuiter complexus est hic Eymericus, quem Tabensis sequitur in summa verbo. inquisitor. §. 28. Ego vero vt uno verbo rem late patentem comprehendam, dico inquisitor potest procedere in hac causa contra omnes, paucis quibusdam exceptis, qui ab eius iurisdictione iure eximuntur, quales sunt Episcopi, & officiales Papæ, & similes de quibus paulo ante dictum est, quamvis enim inquisitor nō sit praecipuus iudex ordinarius, sed delegatus specialiter ad causas hereticae prauitatis tractandam, nibilominus tandem in Provincia sibi decreta datus est contra universitatem personarum in ea causa, ut optime Geminianus scripsit in c. ne aliqui de heret. lib. 6. ergo contra illos omnes procedere poterit, qui excepti non recesserunt, hanc tamen latetatem potestatem inducit, & prudentia gubernare debet, vt alibi diximus.

DE MODO PROCEDENDI.

Q V A E S T I O . LXVI.

An Inquisitores plures in eadem Provincia delegati procedere possint. vñus sine altero.

D Q Vadragesima sexta questio est: Vtrum vñus inquisitor possit procedere sine alio Inquisitore, quando sunt duo in eadem Provincia, & sunt communiter auctoritate Apostolica delegati?

Respondemus quod sic, vt patet in c. V officium, in princip. de heret. lib. 6. vbi dicitur sic: Ut officium inquisitionis cōtra hereticos in Provincia, in qua vobis idem officium est cōmisiū, auctoritate Apostolica possitis efficacius adimplere, discretioni vestra per Apostolica scripta mandamus, quatenus ubique in præfata Provincia, simul, vel separatim, aut singulariter, (prout negotiū utilitas suadebit) cōtra hereticos, credentes, receptatores, fautores, & defensores eorum, necnon cōtra infamatos de heresi, vel suspectos, iuxta sanctiones canonicas, (hominū metu diuino timori postposito) procedatis.

COMMENT. XCIV.

E X tota hac questione una cōclusio precipue colligitur, uidelicet, inquisitores simul & separatim procedere possunt quoniam contingit duos esse in eadem Provincia constitutos. c. Ut officium de heret. lib. 6. quo auctor utitur hic ad probandum suum sententiam.

sementiam : rationem vero huius assertionis pul-  
chram, & veram docet Ancharanus in d. c. ut offi-  
cieres cum quoniam habent, inquit, iurisdictionem in so-  
lidum, in quo sunt similes ordinarijs.

Sed eis autem ita constituti in fidei fauorem, ut libe-  
ri usus de negotiis tractarentur, & per plures heret-  
ici extirparentur, ut tradit Panormitanus in cap.  
fin. de re iud. & copiose Carrerius tract. de haret.  
nu. 69. vers. & dicit Panormitanus nu. 94. versi. Et  
nota de istis Inquisitoribus, cum Eymericus sentit  
etiam Simancas de catho. inst. tit. 34. nu. 25.

Quamvis autem simul, vel separatim procedere  
valeat, reus tamen hereticos non punietur ab omnibus,  
sed ab uno. Angelus in l. si pluribus. in princi-  
pio, versi. propterea dixit ff. de leg. 1. Guido de Su-  
zaria in l. si quia postea ff. de iudi. Carrerius in d.  
tract. de haret. nu. 94. in fine. neq; enim iustitia est pro  
codem de licito quempiam pluribus panis affici, cum  
ab uno legitimo iudice sufficienter fuerit punitus.

Sed obiter est hic nobis dilucida pulchra difficultas.  
An Inquisitores Provinciarum, & diocesum, qui  
quodammodo ut iudices generales videntur uni-  
uersale habere iurisdictionem, saltem ratione perso-  
narum, ut alibi docuimus, possint procedere contra  
eum, contra quem a Papa specialis datus est Inqui-  
sitor. & omisso multis, breuiter respondeo, non pos-  
sequitur summus Pontifex causam a cuius delin-  
quentis alicui specialiter committendo, censetur  
ad se, seu ad speciale iudicem datum aduocare, &  
ideo videtur potestas procedendi alijs interdicta.  
Decius consi. 137. in principio facit textus in cap.  
ut nostrum de appellatio. & in cap. studiis. de of-  
ficio delegat. sequitur Ludovicus Carrerius tract.  
de haret. num. 83. versi. item non potest procedere.  
aque hac sententia vera etiam si alij In-  
quisitores procedere incipiunt: quia suspensa  
censetur eorum iurisdictione per speciale commis-  
sionem a Papa factam.

Verum qui constitutus est Inquisitor specialis, ut  
poterit omnibus acilitatis & inuenientis ab alijs Inqui-  
sitoribus, quos si necesse fuerit, poterit compellere  
ad exhibendum sibi omnes processus, scripturas,  
inquisitiones, testium depositiones, & cetera que  
fortassis iam fuerunt contra reum per alios Inqui-  
sidores inuenta. per textum, in capit. ut commissi-  
versi. necnon de haret. lib. 6. & dixi supra super q.  
39. quamvis modestius sit, ut hoc faciat superioris  
auctoritate, quando specialiter in litteris sua com-  
missionis non est sibi haec facultas tributa.

Postremo tamen hoc mihi addendum videtur,  
quod si Inquisitor specialis vel ob malitiam, vel ob  
alias causas aut non procedat, aut non recte, & diligenter ut decet, procedat aduersus eum contra  
quem habet potestatem, tunc si periculum aliquod  
inde probabiliter fidei imminere videatur, alij In-  
quisitores fideliter tenerentur rem Romano Ponti-  
fici indicare, ut is quid facto opus sit, statuat.

Q V A E S T I O X L V I I .  
An Inquisitor sine Episcopo, & Epis-  
copus sine Inquisitore pro-  
cedere possit.

## S V M M A R I V M .

1. Quatuor per se potest Episcopus sine Inquisi-  
tore & contra, citare, arrestare, &c.
2. Et trianon potest unus sine altero: & que.

**Q** uadagesima septima quæstio est: V-  
trum Inquisitor possit procedere si-  
ne Episcopo sive diocesano ordina-  
rio, & Episcopus sine Inquisitore?

Respondemus quod sic: nisi in tribus  
casibus, in quib. vnu sine alio non potest, ut patet in  
c. Multorum in prin. de haret. Clem. vbi dicitur sic:

**B** 1. Multorum querela, & infra: Ut negotium in- Relat. supra  
quæstionis huiusmodi est, speretur felicius, quod  
deinceps eiusdem lebis indago solemnius, diligen-  
tius & cautijs peragetur, ipsum tam per diocesanos  
Episcopos quam per Inquisitores a sede Apo-  
stolica deputatos (omni carnali amore, odio, vel  
timore, ac cuiuslibet cōmodi temporalis affectio-  
ne semotis) decernimus exerceri: sic quilibet ne Inquisito  
de prædictis, sine alio citare possit & arrestare, si-  
ne capere, ac tutu custodir mancipare: ponendo  
in compēdibus, vel manicis ferreis, si ei vi-  
sum fuerit faciendum: super quo ipsius conscientiam  
oneramus: Necnon inquirere contra illos,  
de quibus pro huiusmodi negotio secundum Deū  
& iustitiam viderit expedire.

2. Duo tamen tradere carceri sive aucto, qui ma- Et quod non  
gis ad pœnam, quam ad custodiam videatur: vel possit vnu  
tormentis exponere illos: aut ad sententiam proce sine altero.  
dere contra eos, Episcopus sine Inquisitore, aut  
Inquisitor sine Episcopo diocesano, aut eius of-  
ficiali, vel Episcopali Sede vacante capituli super  
hoc delegato: si sui ad iniuciem copiam habere  
valcent, iotra octo dierum spatiū, postquam se  
iniucem requisiuerint, non valebit: & si lecus præ-  
sumptum fuerit, nullum sit & irritum ipso iure.

Quod autem vnu sine alio procedere ad senten-  
tiā, non possit, ante istam Clementinam iā erat  
cautū in c. Per hoc de haret. lib. 6. sed perfectius  
habetur hic in c. Multorum allegato.

## C O M M E N T . X C V I .

**Q** uod inquisitores & Episcopi possint simul et  
separatim procedere, etiam eauit Urbanus  
III. rescripto quondam incipiente: Licut ex om-  
nibus. §. non obstantibus aliquibus, versi. nec præ-  
textu commissionis. quod est impressum inter litteras Apostolicas in fine huius operis.

Verum tamen neque in eo rescripto, neque in ca- Inquisitot  
per hoc de haret. lib. 6. qua ratione id esset intelligi-  
po, & vice  
gendū declararū fuit, & cum nō modica difficultas versa Episco  
in hoc versaretur, cum saepe cōtigeret super eadem pus sine In-  
causa & eodem reo diuersos processus per Inqui-  
sitione & Episcopum fabricari, indeque dubia  
non parua oriebantur, Benedictus X. I. extra-  
ganti quadam incipiente: Ex eo. relata ab Eyme-  
rico par. 2. qualiter id esset accipiendum, declara-  
uit de quo agit paulo post Eymericus.

In hac vero quæstione illa sunt in primis obserua-  
da, quæ possunt facere Inquisitores sine Episcopis,  
& vice versa. de quibus Repertorium Inquisitorū,

O o verbo

verbo, Inquisitor. §. in quibus possit. Locatus in ope  
re iudiciali verbo, Inquisitor. n. 9. Carrerius tract.  
de hæret. nu. 77. versic. item prohibetur carcerare,  
Zanchinus de hæret. c. 8. Albertinus tract. de agnos.  
assertio. q. 23. nu. 62. Bernardus Comensis in lucer.  
na, verbo, Inquisitor. §. 13. & verbo, capere. §. fe-  
nult. & alijs, quos ominto consulto.

## Q V A E S T I O X L V I I I .

An sententiam pro delato diffinitiuā  
ferre possit Episcopus sine In-  
quisitore, & econtra.

## S V M M A R I V M .

- 1 Sententiam absolutioriam ferre potest Episco-  
pus sine Inquisitore: & versa vice, Inquisito-  
r sine Episcopo.
- 2 Quid de antiquo iure poterant Episcopus &  
Inquisitor.
- 3 Idem cum Eymerico tenent Ioann. And. &  
Paulus.



Vadragē sima Octaua qō est: Vtū In-  
quisitor possit procedere sine Episco-  
po, & Episcopus sine Inquisitore, ad  
sententiam diffinitiuam, quando est  
ferenda pro delato & non econtra?

*Supra pag.* 1 Respondeamus quid sic; iuxta c. Multoru. de  
hæret. in Clem. & in quæst. supra proxime allega-  
ta. Nam exponendo tres casus, in quibus non po-  
test unus sine alio, ut dictum est, dicit sic: Duro ta-  
men tradere carceri sive arcto, qui magis ad po-  
nā, quam ad custodiā videatur, vel tormentis ex-  
ponere illos, aut ad sententiā procedere cōtra eos,  
&c. Ergo sicut unus sine alio potest tradere carce-  
ri, qui non magis ad pœnam, quam ad custodiā  
videatur, & sit quotidie: ita procedere pot ad sen-  
tentia pro eis: quia à iure & veteri non recedimus,  
nisi in quantū inueniatur expressum in iure nouo.

*† I. Sancimus C. de testa.*

2 De iure autem antiquo unus poterat per  
tum sine alio: de iure autem nouo sunt expressi  
tantum tres casus prædicti, in quibus non potest  
unus sine alio, de quorum numero non est iste de  
quo queritur: igitur remanet ius antiquum, per  
quod unus potest sine alio.

3 Istius intentionis est Io. And. in c. supra alleg.  
Multorum. in verbo, contra eos. Paulus et idē di-  
cit super eodem c. & ver. Zenzellinus nihil dicit,  
nec Guillermus de Monte Laud. in glo. suis.

## C O M M E N T . X C V I I .

**V**Na est conclusio affirmativa, videlicet: Episco-  
pus sine Inquisitore, & vice versa, Inquisitor  
sine Episcopo, quoties reus est absoluendis, potest  
sententiam absolutioriam promulgare.

Hæc conclusio valde est dubia & controversa in  
ter doctores utriusque iuris ob rōnes nec vulgares  
nec infirmas, qua hinc & inde afferri solent. mibi  
tamē breuitati studiū satis erit more meo summa-

A rerum capitula attingere, & communiora atque ce-  
tiora praescribere, ne uel lettori defuisse videamur,  
vel lucem huic questioni detraxisse.

Ac primum hoc statuendum est in hac lita diri-  
menda, non esse priuatas inquisitionum quarumlibet  
sanctiones insufficiendas, quibus saepe ex causa id  
cauerur quod iure cōmuni & communibus Do-  
ctorum dictis videtur aduersum.

His positis, hac Eymerici sententia cōsideris, quā sola sequuntur illustres viri usq; turis interpres, Joā-  
nes And. hic ab Eymerico relatus in Clem. multorum, de hæret. in glossa super verbo, contra eos. Pan-  
lus de Leazaris, Zabarella, Panormitanus, & alijs quædā  
in dicta Clem. multorum, quos sequuntur Tab. ut-  
sis in sum. verbo, Inquisitor. §. 11. in fine. Iason in l.  
3 ff. de re iudicata. Decius in l. nemo qui conden-  
nare ff. de reg. iuris. & alijs in rubr. ff. de acquir. pos-  
ses. vbi late soler hæc quæstio à iurisperitis nostris  
disputari. Camillus Campiegus apud Zanchium  
c. 8. versic. diffinitiuam. Bonifacius Vitalinus in  
dicta Clem. multorum. nu. 173. & 174. Carrerius  
tract. de hæret. num. 72. versic. in præmissis autem  
quærendum est. vbi tandem videtur Ioann. And.  
sequi. Zanchinus de hæret. c. 15. nu. 2. idem videim  
uelle Archidiaconus in cap. vt officium. de hæret.  
lib. 6. Franciscus Burzatus consil. 24. incipien. Qui  
dam notarius. nu. 3. ubi hanc dicit esse communio-  
rem opinionem Canonistarum. & Eymerici hoc  
affert tunc bic, tum supra 3. par. in primo modo  
processum fidei terminandi num. 144. versic. circa  
istum. & alijs quos esset longum singulatum recente  
re. quorum unanimis sententia est, posse Inquisito-  
rem sine Episcopo, & vice versa, sententiam abso-  
lutoriam pronunciare, cum nihil est aduersus ab-  
quem legitime probatum.

Oppositam sententiam profitentur Anchariani  
in dicta Clem. multorum. & nonnullis iuris cūlīs  
interpretes. Aretinus, & Bartholomeus Socinus  
in rubr. ff. de acquir. poss. & Marianus Socinus idē  
nu. 66. & multis seq. quos sequitur Simancas de  
caib. inst. cit. 3. nu. 9. & in annotationibus ad Zan-  
chinum cap. 1. & alijs quidam, sed longe foris sīs &  
numero, & auctoritate superioribus inferiores.

At plane sententia prior summo iure ueriori vide-  
tur, ex multis rationib. cōfirmatur. Primū, quia hoc scilicet  
non est nominatim interdictum: rursus, quoniam Episco-  
pavorabilior est absolutionis, quam cōdemnationis  
causa: præterea, ob rōnem quā hic ualde subtiliter  
affert Eymericus, quæ robore, & firmitate ceteris cōtra  
præpōderat. uidelicet, quia à iure veteri nō recedi-  
mus, nisi inquantū prohibitiū, correttū, seu emba-  
tum inuenimus, semper enim censemur in suis termi-  
nis permanere, nisi correctum inueniatur, auten-  
de non alienam, aut permutan. rebus ecclesiast. §. si-  
nali; quod enim non mutatur, stare nō prohibetur.  
I. sancimus. C. de testam. l. præcipimus. de appellat.  
& notatur in cap. ad nostram. de regula manifestis  
est autem de iure veteri saltem Episcopos per se  
potuisse totum negotium tractare, & definire, ne-  
que hodie contrariū est sanctum in absolutione: po-  
terit ergo proculdubio absoluere solus Episcopus  
aut Inquisitor. Postremo si recte inspiciat textus  
in dicta Clem. multorum. de hæret. aperiſſim  
vide-

videbitur hanc sententia probare, inducendo illa, scut bac ipsa questio induceit Eymericus. id est videtur posse colligi ex rescripto Urbani IIII. Pr. & cū Ets. § si vero relato ab Eymericu par. 2. sed manifestis ex rescripto Clematis VII. incipiente: Cum sicut relato in bullario litterarum Apostolicarum in fine huius operis. cuius verba sunt: Contra huiusmodi exēptos, usque ad sententiam diffinitiām, ad quam ferēdam (si fuerit cōdemnatoria) cum cōlens ordinarij procedatis. hęc ibi nam illa, verba, si fuerit cōdemnatoria: indicare videtur, quod in absolucionia consensus ordinarij non requiratur.

Ex his omnibus appareat priorē sententiam reverorem esse, & proprieatē fortassis non erraret, qui eā in praxi usurpare: ceterum posterior opinio cūtior est: non enim quidquid ture permittente fit, id semper rato sit. quare salubrīus & tutius erit etiā in absolucione murum consensus vicissim requirere, sicut in condemnāto, ne quid unquam incautum in hac causa committatur, cum maturius, & sanius sit id consilium, quod plurimorum sententij roboratur, ne que aliter faciendum consulerem.

An autē eodem modo solus Inquisitor vel solus Episcopus possit paniēntibus aut suspeccati abiurationem indicere, grauis est controvēstia, & Antonius de Pendaij responsō quodam de hac re edito, quo cui subscriperunt illustres iurisconsulti, quos refert, & sequitur Campigius apud Zanchinum cap. 8. versiū. diffinitiā: audacter tenuit abiurationem fieri posse coram sola Inquisitore, quod solus inquisitor potest abiuratum absoluere, & paniēntiam ei imponere.

Primum, quia tunc sententia ferri dicitur cōtra aliquos in hoc crimen, cū hæretici pertinaces, aut impenitentes, aut relapsi declarātur, et ita declarati traduntur seu relinquentur curia & seculari: at cum indicatur abiuratio redēntibus ab hæresi vel suspeccati, nō videatur sententia ferri cōtra illos, sed pro illiciū absolvantur à censuris, & Ecclesia reconciliantur: postremo quoniam redeuntes non dicuntur hæretici, nec in sententia hæretici pronuntiantur. In eandem sententiam adducit pleraque alia. Bernardus Comensis in lucerna verbo abiuratio. § 4.

Verum tamen quāvis summo iure hæc fortassis sententia defēdi possit, ut indicauit supra i hac tertia pars super primo modo processū fidei terminādi. §. talis enim, at cōtraria tutor est, & securior, & vnu recepta, quā erit nō obscurē insinuasse videatur Innocentius IIII rescripto quodā incipiēte: Tūc potis hinc. §. si vero aliqui relato inter litteras Apostolicas vbi ita scriptum est: Si uero aliqui hæretica laicū be penitus abiurata, redire voluerint ad ecclesiasticā unitatē, eis iuxta formam Ecclesiae consultis dicebas, eisdē beneficium absolutionis impēdens, iniū & eisdē quod iniungi talibus cōsuevit hætitus ibi. Iaque cōsultis facturos putare Inquisitores, ut semper in his exigant Episcoporum consensus, ut sine ullo erroris periculo, & abiuratio, & penitē imposito statnatur. mea hæc est planē opinio, has sententias quibus redeuntes cōpelluntur ad abiurandum, propriè non posse dici absolucionis, & proinde magis participant de condemnatorijs, ac

A aut Inquisitorem. Et hanc sententiam videtur tueri Bernardus Comensis in Lucerna Inquisit. verbo, absoluere. nu. 2. vers. Aliqui tamen.

Neque obstant rationes in contrariū allatā. Primum enim verisimile dicere possumus, nō modo ferri sententiam cōtra aliquos, cū illi curia & seculari adindicantur, verū generaliter cōtra eos pronuntiari dicitur, quoties nō absoluuntur, & penitus liberantur, quod videtur verius īā in proposita causa; quis dicat eū omnino absoluī, qui per abiurationē obligatur ad panas relapsis debitas? neminē sanē credo id aīclū. Nec obstat secunda ratio: falsum enim est redentes ab hæresi nō pronuntiari in sententia hæreticos, ut abundē docuimus supra in hac 3. parte super octōmodo processū fidei terminandi, trādit que Simancas de catbo. inst. tit. 60. nu. 5.

In indicēda canonica purgatione hoc ipsū existi Solus Inquimo obseruandū; idq; multo etiā magis, cū canonica fitor, aut purgatio sit res valde periculosa de quo vide quae lus Episcopū dixi supra super 2. modo processū fidei terminādi. cat canonica

Sit ergo hoc apud nos exploratū, nō modo i ferē purgationē.

dis sētētis, quibus hæretici brachio seculari relinquantur, verū etiā in abiurationib; quibusq; & purgationib; canonics indicēdis, omnino iudicio nostro Episcopū, & Inquisitorem simul interuenire debere, nec vnu solum hæc decerni oportere.

Atque hęc viderit quoq; esse nō obscura Eymericī sententia, qui in praxi modorū finiēdi processus fidei, tā in indicēdis purgationib; quam in iungendis abiurationib; sēper meminit Episcopi, & inquisitoris, indicans hæc potius sapere naturā sententiarum condemnatoriarum, quam absolutoriarū: aliter enim vnu tantum ex sententia huius auctoritatis sufficisset, ut ipse docet hac ipsa questione.

Quod si quoras, nō censeā abiurationē redeundū. An abiuratio tū, vel canonica purgationē infamatorum de hære facta corā Episcopo vel Inquisitore tantum fa cōrā Episcopo tātū, aut Inquisitore tantum fa cōrā Episcopo vel Inquisitore tātū, si vālida esse, & nullam, an ve rō cōrā viribus cōsistere: responde primum iuxta lida.

prædicta, coram altero tantum hæc fieri non debe re, hoc enim conatus sumus proxime pro viriliueri.

Rursus dieo, quod si vnu tantum ad abiuratiō nem, vel canonican purgationem quempiam admittat, talis abiuratio vel purgatio valida penitus videatur: primo quia nō videatur aliquo iure nominatim cōtrariū, præterea quia olim ante cōstitutos Inquisitores Apostolicos corā solo Episcopo hæc peragebantur, et veteri iure non receditur, nisi cor rectū inueniatur. § fin. in auct. de nō alienan. rebus eccles. optima glos. in Clemen. prima, in verbo, cōtra eos. de hæreti. & quod nō mutatur stare non prohibetur l. sancimus, C. de testam. ergo nunc aut corā Episcopo aut corā Inquisitore, vel eorū subdelegatis plenā ad hoc potestatē habentibus, fieri hoc poterunt: nam Inquisitorum potestas non fuit data priuatiō, sed cumulatiō, capit. per hoc vbi communiter Doctores, de hæreticis, lib. 6. postremo quāvis aliquo pacto ex traditis paulo antea hæc vni eorū videbatur esse prohibita, nihilominus putare hæc esse de genere illorū prohibitorum, quā si fiant, facta tenet, c. 1. extra de eo qui duxit in mat. quā pol. per adult. capit. rursus, qui cler. vel uone. capit. transmissa. de eo qui cognovit consan. vxo-

**A**ris sue ualebit ergo abiuratio facta, & purgatio canonica praefixa a sciete, & non contradicente, vel non appellante, coram altero tantum ex supradictis.

*Ex his cōsequitur nobilis ille effectus, de quo Frā ciscus Bursatus cōs. 24. incip. Quidā notarius lib. 1. si quis enim ut hereticus, aut vehementer suspectus coram altero tantū ex predictis abiurauerit, & postea in hæresim incidisse deprehendatur, velut relapsus tradendus erit curia seculari: nec poterit se tueri opponendo nullitatem seu inuiditatem abiuracionis, ob id quia coram altero tantum ex predictis facta fuerit.*

#### Q V A E S T I O X L I X .

An Episcopus & Inquisitor possint procedere ad sententiam alter sine altero, quando nequeunt vel nolunt in eundem locum conuenire.

#### S U M M A R I U M .

- 1 Episcopus, et Inquisitor possunt sibi mutuo vices suas committere in his que neuter per se potest.
- 2 Debet unus alterum requirere quando simul conuenire nolunt.
- 3 Quot diebus unus alterum expostare debet.

**Q** Vadragesima nona questio est: Utrum inquisitor possit procedere ad sententiam sine Episcopo, & Episcopus sine Inquisitore: quando non possunt, vel nolunt personaliter ad eundem locum inuicem conuenire?

- 1 Respondemus quod si non possunt, aut nolunt personaliter adiuicem conuenire, potest unus alteri committere vices suas: vel mittere Commissionem, seu Vicarium: vel suum significare per litteras consilium, & assensum.
- 2 Quod si noluerint, unus requirat alium, quatenus infra octo dierum spatium adueniat, vel substitutum, vel suum mittat consilium, & assensum. ita habetur in c. Multorum. de haeret. in Clemen. ibi in clausula allegata supra in proxi. q. dicitur ita:
- 3 Duro tamen tradere carceri sue aucto, qui magis ad pœnam, quam ad custodiā videatur: vel tormentis exponere illos, aut ad sententiam procedere contra eos, Episcopus sine Inquisitore, aut Inquisitor sine Episcopo diocesano aut eius officiali, vel Episcopalē sede uacante capituli super hoc delegato: si sui adiuicem copiam habere ualeant infra octo dierum spatium, postquam se inuicem requisiuerint, non ualebit: Et si fecus presumptum fuerit, nullum sit, & irritum ipso iure. Verū si Episcopus, vel eius capituli ( sede uacante ) delegatus cum Inquisitore, aut Inquisitor cum altero corundem propter præmissa nequeat, aut nolit personaliter conuenire, possit Episcopus, vel eius, seu capituli ( sede uacante ) delegatus Inquisitori, & Inquisitor Episcopo, vel eius delegato, seu sede uacante, illi, qui ad hoc per capitulum fuerit deputatus super illis committere vices suas, vel suum significare per litteras consilium, & consensum.

Supra pag.  
111.

#### C O M M E N T . X C V I I I .

**Q** V. et hoc loco traduntur nulla nostra indigent definitionibus nituntur. idem docent Tabiensis in summa, verbo, Inquisitor. §. 5. Simancas de cath. insti. tit. 34. de Inquisitoribus Apostolicis. nu. 38. addit Zabarella in clem. I. §. Duro tamen de haeret. & ibidem Ioannem de Imola.

#### Q V A E S T I O L .

Quid agendum enim Episcopus, & Inquisitor discordant.

**Q** Vinquagesima questio est: Utrum Inquisitor sine diocesano Episcopo, vel Episcopus sine Inquisitore possit procedere ad sententiam, quando non possint adiuicem concordare, vel tunc in casu huicmodi quid agendum?

Respondemus quod non, sed tunc negotium bene instructum iterque destinet, & domino nostro Pape. Ita habetur in c. Per hoc. de haeret. lib. 6. Suppos. ubi sic dicitur: Per hoc. & infra: Per utrosque similiūl sententia proferatur ( scilicet per Episcopum & Inquisitorem, de quibus ibi loquitur) & sequitur: In qua ferenda si non conuenient, per utrosque negotium sufficienter instructum ad sedem Apostolicam remittatur.

#### C O M M E N T . X C I X .

**E**X hac questione hac colligitur certa, & vera conclusio: cum Episcopus, et Inquisitor non conueniant in ferenda sententia; tunc non potest unus sine altero eam pronunciare, sed causam instruātum ad summum Pontificem transmittere debent.

De materia huius questionis agit Zanch. tral. de haeret. c. 15. nu. 2. vbi textum ab Eymericu sic citatum ex c. per hoc. de haeret. lib. 6. ita videtur interpretari, vt tunc debeat consulere Papam, non discordant in condemnando; secus se ageretur de absoluendo paenitente: quoniam, inquit, si unus solus processit, qui cognovit, posset absoluere, et omni consensu alterius non haberet.

Hac sententia si vera est, amplissimam tribuit Inquisitoribus potestatem nobis, quibus nihil licet sine efficaci probatione, & firma ratione quidquam in rebus granibus statuere, ita videtur dicendum: vt generaliter siue agant de condemnando, siue de absoluendo in causa discordia superiorum consilere debeant: quia textus in c. per hoc. nullam indicat talē distinctionē quemam Zanchius imaginatus est. quare succedit vulgaris illa & tria iuris regula: Quod rbi lex non distinguit, nec nos distinguere debemus; & quod lex generaliter loquens, generaliter debet intelligi. l. 1. §. generaliter si. de lega. prestandis. l. 3. ff. de offic. præsiden. cum sim. Et hoc est etiam conuenientius ei sententia, quā do cuius paulo ante super q. 58. dum affereremus etiam in absolutione aequius, & tutius esse, vt unus sine altero non procedat.

Neque ab his est aliena Eymericī sententia in hac questione, qui generaliter etiam loquitur, dicens: Utrum Inquisitor sine diocesano Episcopo, vel

Episco-

# Inquisitorum cum Commentarijs.

581

Episcopus siue Inquisitore possit procedere ad sententiam. Quibus verbis non distinguit de sententia condemnatoria vel absolutoria, atque hoc ipsum non minime affirmat Repere orium Inquisitoris verbo, Episcopos. §. quando Episcopus. pag. 302. ex impressione Venet. ann. M. D. LXXV. quo loco dicitur interpretatur texum in dicto c. per hoc. additum notatum in ext. de sent. & re indicata.

Iam illud veterius addo, non modo cu in condemnando rebolando Episc. & inquisidores discedunt, causam esse ad supremum inquisitionis tribunal remitterendas; vera etiam quotiens in aliis non ita arduis, & grauibus reperiuntur dissentientes, ut ad-

moneret Iohannes Roias tract. de heret. par. I. n. 437. de qua facti specie extat in Hispania pulchra doctrina in instructione Madriliana anno MDLXI. c. 66. in hac verba à nobis latine redditu: In omnibus causibus, in quibus contigerit suffragiorum discrepantia inter inquisidores, & Ordinarium, vel aliquem ipsorum, in definitione causa, vel in quoconq; alio actu, vel sententia interlocutoria, debet causa ad Senatum supremum inquisitionis remitti. quod si Episcopus & inquisidores concordauerint, quis periti seu consultores dissentiant, et si numero sint plures, sententia Episcopi, & inquisitorum executioni mandetur. verum tam in causis grauissimis non debent vota inquisitorum, ordinarii, & consultantum executioni mandari, etiam si fuerint conformia, inconsulto Senatu, sicut solitum est, & iussum fieri, battemus ibi. Est equidem hæc turvissima methodus, & ob id mihi vbiq; videatur observanda. Hoc postremo adiungam. entendū omnino esse, ut inter se conueniant Episc. & Inquisidores: quod facili enemies si diligenter iurident operā, ut intelligat quid cuiq; casui, et negotio seculū regulas iuris in hac causa conueniat; nam ex iudicio discordia ingertia solent oriri incommoda, ut tradit Simancas de catho. instit. tit. 34. num. 19. sed hoc casu præcipuum incommodum vergit in præiudicium reorum, qui non derinerentur tanto tempore in carceribus, si iudices consenserint. Ego ita puto, grauissime peccant qui vel ob negligiam studendi, vel ob alias causas præbent occasionem ne in ferendis sententijs inter se conueniant; quare nisi velint ex operé bono detrimentum reportare, discordiam fugiant, quam evitabunt, si diligentissime studuerint. causa fidei grauis est & indices postularat diligentissimos.

## Q V A E S T I O L I .

De communicatione processuum inter Episcopum, & Inquisitorem.

 Vinquagesima prima questio est: Vtrum Inquisitor, & Episcopus teneantur sibi mutuo communicare processus, quando procedunt diuism, & non coniunctim?

Respondemus quod sic, iuxta c. Per hoc. §. verum de heret. lib. 6. vbi dicitur sic: Verum ut dictum inquisitionis negotio efficacius, melius, utilius que procedat: concedimus, quod per Episcopos ipsos, & per inquisidores, de facto eodem inquireti va-

A leat communiter vel diuism, & si diuism processent, teneantur sibi invicem communicare processus, ut per hoc possit melius veritas inveniri.

## C O M M E N T . C .

**V**NICA est assertio, Communicationem processuum fieri debere cu diuism processerint Episcopus, & inquisidores.

Ratio huius assertionis in promptu est: nam quādo procedunt coniunctim, apertum est iam esse communicationem processuum factam; proprieatunc facti debet fieri debet, quando diuism procedit.

B Ideo autē communicatio facienda est, quia res gravis est et ardua, ideoq; paria iudicia requiri oportet, ut absq; errore sententia proferatur. Zanchinus tract. de heret. c. 15. n. 1. copiose Campiegus apud eundem Zanchinum c. 8. vbi docet quando hoc processum communicatio fieri debeat: quamvis id appetius causum sit per extrauagantem incipien. Ex cc. de heret. relatam ab Eymerico supra par. 2.

Catera huc spectatia tradit Repertoriū Inquisitoris verbo, communicare, §. sed quomodo. Aegidius Bossius tit. de heret. n. 12. Carrerius tract. de heret. n. 12. 8. vers. in ferenda tamē sententia. Simancas de catho. instit. tit. 60. n. 2. idem in enchyridio tit. 64. n. 1. & Conradus Brunus lib. 4. de heret. c. 10.

## Q V A E S T I O L I I .

Quando diuism procedere dicantur Episcopus, & Inquisitor.

 Vinquagesima secunda questio est: quomodo intelligitur, q Episc. & Inquisito. procedunt diuism, & non coniunctim?

D Respondeamus, q intelliguntur diuism procedere, non quando inquisitor tantum, vel quādo Episcopus tantum procedit, sed cu Episcopus per se procedit ex una parte, & inquisitor per se ex altera; ita q sunt duo processus de eodem facto, unus per Episcopum, & alius per inquisitorem. Ita habetur in extrauag. domini Benedicti XI. Supradic. Ex eo. vbi sic dicitur: Nos autem de Fratrum no- strorum consilio, intelligendo diccefanos, & Inquisidores tunc demum diuism procedere, cum iis & illi separatim, non quando Episcopi tantum vel Inquisidores tantum procedunt.

## C O M M E N T . C L .

E **I**n cap. per hoc de heret. lib. 6. statutum erat, ut super eodem facto Episcopus, & Inquisitor posset procedere communiter vel diuism, vel proferre sententiam: id statutum quomodo sit intelligendum declaratum fuit per extrauag. domini Benedicti incip. Ex eo. tit. de heret. qua vtitur Eymericus in hac questione.

Quamquā vero super eodem facto aduersus unū & eundem reum, & per Episcopum, & per Inquisitorem diuersi processus fieri possint, commodius tamē videatur, vt in illis ciuitatibus, & provincijs, in quibus Apostolici Inquisidores sunt constituta-

Oo 3 tisnam

ti (nā in alijs ad sōlos Epis. id negotiū spectat) per alterū eorū tantū, videlicet per inquisitōrem, qui carceres, et ministros ad hoc habet definitos, nūc pro ceßus fiat; ita tamē ut Epis. ad Inquisit. secreto trāmittat quidquid nosse poterit et habere cōtra reum illum inquisitū, sicut fieri opportere diximus pa-  
lo anteā super quæst. 42. cū ageremus de ordine pro-  
cedendi contra absentes. Et profecto nisi ita fieret,  
facile causa omnis, & ordo procedendi confundē-  
retur, ac perturbaretur; & propterea vix inter-  
dum posset veritas inueniri. immo vero hodie  
iā r̄su receptum esse videatur hoc ipsum quod nunc  
faciendum admonemus; solum enim Apostolici inqui-  
sitores pnum faciunt processum, vocatis episcopis,  
aut eorū Vicariis ad omnia illa iudicij acta, quæ sine  
ipsis iure expediri nō possunt, iuxta decretum Cle-  
m. 1. S. propter quod de hæret. Ego ab hac cōsuetu-  
dine, nō nisi ex magna causa, putare em recedendum.

## Q V A E T I O L I I I .

Quando facienda sit processuū com-  
municatio, in medio, an in fine.

**Q** Vinquagesima tercia quæstio est: Vtrum

Relat. supra  
pag. 125.

in medio caufa, vel tantum in fine ista com-  
municatio processuum sit fienda?

Respondemus quod in fine tantum, quando ni-  
hil restat agendum, aut patet in prædicta extraag-  
domini Benedicti X. l. Ex eo, in qua dicitur sic:  
ex eo quod quædā nouella constitutio super nego-  
tio hæretica prauitatis a bonæ memorie Bonifacio  
Papa VIII. prædecessore nostro edita continet, q̄  
in ipso negotio per diçceanos Episcopos & inqui-  
sidores super eodem facto inquireat cōmuniter  
vel diuīsum: & si diuīsim procelerint, teneantur  
sibi inuicem communicare processus: Nos consu-  
lere uolūstis, quādo & quoīs sit ista processuum  
communicatio facienda: Nos autem de Fratrum  
nostrorum consilio, intelligendo diçceanos, &  
inquisidores tunc demum diuīsim procedere, cum  
iij & illi separati, non quando Episcopirantum,  
uel inquisidores tantum procedunt: Consultationi  
vestræ breuiter respondemus, quod quando vtri-  
que procedunt seiuēt m̄, sibi debent in fine tan-  
tum, dum nil restat agendum, nisi quod solum  
sententia promulgerur, communicare processus. &  
infra: Vnum sane casum excipimus, si alter com-  
mode non possit procedere, nisi alterius acti usi-  
sis: Ex hac enim causa semel tātum (vt fraudi lo-  
cus non fiat) in toto negotio copia tribuatur.

## C O M M E N T . C I I .

**V**Na est conclusio, videlicet, in fine tātum cause  
debet fieri processuū cōmunicatio, quādo ni-  
hil restat agendum: nisi alter commode procedere nō  
posse, nisi alterius acti usis: tunc enim semel pro-  
cessus copia esset tribuenda ante finem causæ.

Hæc assertio nulla nostra indiget declaratione,  
cū sic per se apertissima. video interim Cāpēgiū  
apud Zanchinū. c. 8. vers. processum. & Reperto-  
riū inquisito. verbo: cōmunicare. S. sed quomodo.

**A** Occurrat tamen hoc loco difficultas necessario ad  
me diluenda, An, cū diuīsim proceditur, ante tor-  
ram fieri debeat processuū cōmunicatio. & verius  
est oportere fieri cōmunicationē; quoniam cū senti-  
tia interlocutoria super tornētis per virumque si-  
mul, Epis. scilicet, ex inquisit. proferri debeat Clem.  
1. de barez. S. propter quod. vers. auro tamē necesse  
riū est, ut indicia, ex quibus reus torquēdus est, ab  
viroq; videāzur: aliter enim nō poterit indicari, an  
sint sufficiētia ad torturā nec ne, ita Reper. inquisit.  
vérbo, cōmunicare. S. sed quomodo vérbo, et similiter.  
& Campegiū apud Zanchinū præcitatō loco.  
Sed hoc intelligendū est, quando reus torquēdus est.  
**B** nam si testis esset torquendus, tunc non oportere  
processus cōmunicare, cum vterq; per se testis te-  
torqueri possit in hoc tribunali, iuxta doctrinā tra-  
ditam ab Eymerico infra in hac 3. parte, q. 73. vbi  
dixi. interim video Zanchinū tract. de barez. c. 14.

## Q V A E S T I O L I V .

An in negotijs fidei summarie, & de  
plano procedi possit, &c.

**C** **Q** Vinquagesimaquarta quæstio est Vrūm-  
quisitor possit procedere in negotijs fidei  
summarie, simpliciter, de plano, & abique  
aduocatorum, & iudiciorum strepitū, & figura?

Respondemus quod sic, iuxta c. Statuta de hæ-  
ret. lib. 6. ubi dicitur sic: Statuta quædam felicis re-  
cordationis Innocentij, Alexandri, & Clementis  
prædecessorum nostrorum quibusdam declaratis,  
& additis recensentes; concedimus, q̄ in inqui-  
sitionis hæretica prauitatis negotio procedi possit  
simpliciter, & de plano, & absque aduocatoū ac  
iudiciorum strepitū, & figura.

Idem habetur in priuilegijs antedictis.

## C O M M E N T . C I I I .

**P** Offunt inquisidores procedere simpliciter, &  
de plano, vt staruit Bonifacius VIII. cuius est  
rescriptum in dicto cap. statuta de hæret. lib. 6. quo  
ritur hoc loco Eymericus.

Verum ante Bonifacium multi: annis idē sanci-  
rat Alexáder IIII. anno Domini MCCLI. rescri-  
pto quodā incipiēre: Cupientes, ut inquisitionis ne-  
gotiū. & Urbanus IIII. anno Domini MCC LXI.  
alio rescripto incipiente: Licet ex oib⁹ item in-  
nocentius IIII. quæ vidimus authentica in archivio  
Inquisitionis Bononiensis. & in bibliotheca Illustris-  
imi Cardinalis Felicis † Peretti Montealto, que  
ex Alissio afferrī iussit, vt alibi scripti plenius.

Est autē magnū, & singulare hoc priuilegium: quo  
niam iudex, qui potest procedere simpliciter, & de  
plano, nō cogitur omnē ordinē iudicariū sernare: den-  
nā hæc verba inter cetera hoc operantur, vt si quid con-  
onissim sit ex ordine iuris, non propter processus plani  
vitetur, vt pulchre tradit glossa in dicto c. statuta.  
de barez. lib. 6. verbo, figura, dummodo substitutia  
causæ & iudicij nō omissitatur. nam tunc processus  
etiā in causa hæresis vitiaretur: neque enim possunt  
negari

negari appellationes ab interlocutoria, nec legitima defensiones, & similia, quae à natura porius quam à iure concedi omnibus videntur.

Iam huius priuilegii meminerūt Oldradus cons. 113. incipiens in iudicio Corneus consil. 315. lib. 2. & ceteris copiosius Gondissaluu tract. de heret. q. 12. ex quo accipier lucem hac quæstio. cetera huic pesteritiam tradam sequenti commentario.

Q V A E S T I O L V .

De intellecetu verborū, procedere sum marie, simpliciter, & de plano.

S V M M A R I V M .

- 1 Cū summarie proceditur, quæ nō omitti possint.
- 2 Probationes ac defensiones legitimæ non prætermittende.
- 3 Neque citatio, & iuramentum de veritate dicenda.

**Q** Vinquagesima quintra quæstio est: Quomodo intelligantur ista uerba, scilicet, procedere summative, simpliciter, & de plano, & absque aduocatorum & iudiciorum strepitū, & figura?

Respondemus, quod hoc declaratur de uerbo. signif. c. Sepe, in clemem. ubi dicitur sic: Sepe contingit, q. causas committimus, & in earum aliquibus simpliciter, & de plano, ac sine strepitū, & figura iudicij procedi mandamus: de quorum significacione uerborum à multis contenditur, & qualiter procedi debet, dubitatur: Nos autem dubitationem huiusmodi (quantum nobis est possibile) decidere cupientes, hac in perpetuā ualutura constitutione sancimus, ut iudex, cui taliter causam committimus, necessario libellum non exigat, litis contestationem non postulet, tempore etiam feiarum ob necessitates hominum indultarum a iude. procedere ualeat; amputet dilationum materiam, item quantum poterit faciat breviorē, exceptiones, appellationes, dilatoria, & frustratoria repellendo partium aduocatorum, & procuratorum contentiones, & iurgia, testiumq. superfluum multitudinem refranando.

2 Non sic tamen iudex item abbreviet, quin probationes necessariae, & defensiones legitimæ admittantur.

3 Citationem uero, ac præstationem iuramenti decalumnia vel malitia, siue de veritate dicenda, neueritas occuletur, per commissionem huiusmodi intelligimus non excludere.

C O M M E N T . C I I I I .

**D**icitur Eymericus superiori quæstione, priuilegium esse inquisitoribus tributum, ut in fidei fauorem, quod citius, & absq. fraudibus negotia reliquias tractetur, possint procedere simpliciter, & de plano: nūc iure optimo docet, qua ratione verba hac intelligi debent, et summa disputationis est, ordinē et solemnitates à iure alias requiri as non esse necessaria.

**A**rio obseruādas ille tamē omissitudēs nō sunt, quæ ad substatiā causæ spectat, hoc est illæ, sine quibus nec iuste, nec recte aut cōmode negotiū tractari posset.

Olim ante tempora Clementis V. cuius est hæc cōstitutio, valdefuit cōtrouersum de significatione harum uocum, nempe, Simpliciter & de plano, sine aduocatorum, & iudiciorum strepitū, & figura iudicij. Et multa sunt ab Hostiensi, & alijs antiquis interpretibus, qui ante Clemētū V. floruerūt, dicta in e. olim de accusatio. & iudicio c. statuta. ubi glossa verbo, figura de heret. lib. 6. que per hoc rescriptū sunt aut declarata, aut penitus sublata; ideoq; cauen dum in hac parte ab illis glossematis.

**B** Nunc vero quæratione hoc rescriptum in causa heresis locum sibi vendicet, tradunt nostri (hoc est, illi qui aduersus hereticos scribunt) multis locis, copiose Tabiensis in summa verbo, iudicior. §. 38. Carverius tractat de heret. num. 103. ver. Et an ordinem. Repertorium inquisit. verbo, ordo iudicarius. §. sed quo ad telam iudicariam. Franciscus Squillaceensis tract. de fide catho. c. 27. Ioannes Rojas sing. 145. incipies. Ordo iudicatius. & omnes quos superriori commentario citauit.

Itaq; cum summarie procedere possint Inquisitores, multa expedire possunt, quæ iuri cōmuni aduersantur. Primū enim nō erit necessaria, solemnitas re quæsita per libellorū. ff. de accusatio. unde si agatur in hoc criminē per viam accusationis, nō se inscribet accusator ad panam talionis, ut copiose docui supra in hac 3. parte, et de primo modo procedendi in causa fidei per accusationem.

Rursum, conclusio in causa non erit necessaria, sed quoties reus se defendere voluerit, addicetur, ut trudit glossa in clem. sepe. de verb. signifi. & notat Bar. in extrauganti. Ad reprimendum atq; ut uno verbo dicā, multa alia poterit omittere absq; vitio, quæ in alijs causis sunt de iuris praæcripto seruanda.

Admonēbo tamen, processu in causa heresis, quemadmodum ad substatiālia attinet, ita oportere bene formā Processus in causis fidei tū esse, ac si pleno iuris ordine procederetur, ut optimo ad sub me obseruant Tabiēsis præcitato laco, quæ sequitur Locatus in opere iudiciali, verbō, processus sum. 7. regere esse debet.

Voco autem substatiālia illa, sine quibus iudicium non potest iuste expediti, ut citationem, iuramenti præstationem de veritate dicēda, probationes legitimas, exceptiones utiles, appellationes necessarias, indicias seu terminos competentes, & alia huiusmodi, sine quibus aut vere delictum probari nō posset. aut reus non posset se iure defendere, & ceteras, quæ reo competunt nō tam ciuilis iure, quam naturali ratione: hæc enim omnia. & si quæ sunt similia, prohibe ri nō possunt ab inquisitoribus virute huius amplissimi priuilegij,

Q V A E S T I O L V I .

An Inquisitor familiam armatam possit habere.

**Q** Vinquagesima sexta quæstio est: Urum inquisitor possit procedere cum armatis, ad suum officium exequendum?

O o 4 Respon-

Respondemus quod sic, ad tuitionem sua personæ, uel familiæ sua, & ad capiēdum hereticos, credentes, receptatores, defensores eorum, & fautores. Sed debet cauere ne huicmodi abutatur, *Supra pag.* iuxta c. Nolentes, in elemen. §. Porro, ubi dicitur xiiii. debet cauere ne huicmodi abutatur, ut nec aburantur quomodolibet concessione portationis armorum, nec officiales nisi sibi necessarios habeant tales, qui se conferant ad sua cum inquisitoribus ipsiis officia exequenda.

De hoc Ioan. And. in esp. Statutum, t. de hæret. lib. 6.

## COMMENT. CV.

*Cur instituimus inquisitores familiare* **H**oc singulare priuilegium, quod Inquisitores possint habere officiales armatos, quotiens aut ad suam defensionem, aut ad capiēdum hereticos opus esset, iustissimis causis illis ab initio delegatae inquisitionis sunt tribus. cum enim tanta esset hereticorum scutitia, ut & sapissime imbelles inquisitores immaniter trucidarent, ut cum ager de Beato Petro martyre indicauit supra parte 2. super quæst. 13. his periculis omnino oportuit occurrere. itaq; mox statutum, ut & armatam possent habere familiam, de qua rebus agit nunc Eymericus, & ut auxilium brachii secularis possent inuocare, de quo disserit auctor quæstione sequenti.

Quoniam vero sapientia contingit, ut sub velamine priuilegii abusus sefi insinuet, nisi prudenter priuilegium usurpetur; ideo Clemens Quintus in concilio Vienensi circa annos Domini MCCCCX. idem priuilegium inquisitoribus confirmauit: abusum tamen, si quis irreperat, abstulit.

Idem priuilegium renouauit Ioan. xxii. rescripto quadam incipiente: Exigit ordinis uestri, quod vidimus in archivio Inquisitionis, Bononiensis, ac curauimus imprimendum in bullario litterarum Apostolicarum in fine huic operis, id edidit Aunctione anno Domini MCCCCXXI.

*+ fol. 63.* **H**uius vero priuilegii quod inquisitores familiæ armatæ habere possint, meminit Gondissalvius tract. de hæret. q. 11. nu. 15. & seq. Repertoriū Inquisitoris verbo, arma. sed utrū inquisitores. Bernardus Comensis in lucerna verbo, inquisitor. §. 14. Simancas de carbo, inquit. tit. 41. nu. 15. Ioannes Rojas tract. de hæret. parte 2. tit. de priuilegiis inquisit. nu. 422. rursus inquisitores habent familiæ armatæ, & alij.

*Familia inquisitorum arma defensiva nulla legi obstat.* **I**n hoc priuilegiū ita cōpedit inquisitoribus fidei, & in odium hæreticæ prauitatis, ut eorum officiales porrare possint arma et de die, & de nocte: idque non obstante quacunq; lege ciuilis, vel municipali in cōtrarium edita vel edēda: immo quicunq; legem conderet, qua prohiberentur officiales inquisitorum arma deferre, velut impeditior sacri officii puniti posse, iuxta doctrinam glossa cōmuniter receperam in c. statutum, el primo. de hæret. lib. 6. de quo plene Eymericus par. 2. q. 54. vbi dixi. *17029*

*Quibus competat defensio arma.* **R**ursum, arma deferre non solum crederem compe tero illis inquisitorum officialibus, quos uulnus Cives signati, in Italia, in Hispania Familiares appellat, qui destinari sunt ex officiis sacri instituto vel ad denunciandos hereticos vel ad comitandum inquisi-

A tore, vel ad capiēdos hereticos, si & quando fuerint ab inquisitorib. requisiti; sed etiā ceteris ministris, qui quavis alia ratione officio sacro inserviunt, veluti adiutoriis, notariis, consultoribus, custodibus, & aliis: ibi enim omnes ratione officiū inuisi esse solent male creditibus, blasphemis, ac similibus peccatoribus, & ob id ob eandem rationem iustissimum est, ut vel iidem vel eorum famuli armati in cedant, maxime in illis partibus, in quibus vel heretici abundant, aut saltē de hæreti sunt suspecte.

Idem dicēdum existimarem de illis, qui publice scribunt aduersus hereticos, hi enim non modo faci officii ministri sunt: verum, quod amplius est, fidei

B sunt defensores, qui cum multis habeant inimicos, iustum videtur, ut hoc in priuilegio delationis armorum utatur, aut saltē iustissimum est, ut ad bos etiam benignitate pontifica extenderetur.

Quibus autē hominibus concedenda sunt armæ ab inquisitoribus, eleganter præscriptis Ioan. xxii. praetato rescripto: Exigit ordinis vesti. quo cauet, ne sceleratis hanc facultatem concedant, sed ne alienigenis est concedenda nisi ex magna causa.

Idem putarem viiēdū de neophyti ex Iudaismo vel Paganismo conuersis: tales enim non facile sunt creandi familiares, aut Crucis signati, neque nunc in tanta veterum Christianorū copia necessario in his dignus eorum auxilio: quamvis ex causa quādo; alii recte fieri possit.

Tandem nec illis est usus portationis armorū concedendus, qui verisimiliter hoc priuilegio abutipos sunt, ne sub fidei praetextu facinora committant.

Postremo in hac quæstione illa occurrit utilissima: scitū dīgna difficultas breuiter mibi hoc loco p̄ diluēda: An hoc idem priuilegium habendis familia armata Episcopis competat. & Panormitanis inter significasti. de officio deleg. multis rōnibus, debilitate & infirmitate, probare contendit Episcopis non cōpetere hoc priuilegium; sed quicquid ille scierit, vera & communis opinio est, Episcopos etiā hoc priuilegium decorari, ita Bal. in l. nam salutem. s. f. ff. do officio præfetti vigil. copiose, & recte Decim, in d. c. significasti. nu. 17. & seq. de officio dele. Repertoriū inquisitorū verbo, arma. sed nunc queritur. & s. sed supra dictū est. copiose Gondissalvius tract. de hæret. q. 11. nu. 16. & sequen. & alij quos libens omitto: nam quæratio in inquisitoribus est, eadē in Episcopis repertur, ergo id est ius statuere oportet, l. illud ff. ad legem Aquilam cum similibus.

Num autem cetera etiam priuilegia inquisitoribus concessa, Episcopis quoque concessa esse intelli priuilegia, grauis est queſtio, nec huic loci, nec nostris breuitatis, mibi obiter hac percurrenti hac sententia unplacebat: Omnia priuilegia, quæ fauore fidei tributa sunt inquisitoribus delegatis, competere etiā, & ordinariis, nisi expresse illis denegetur, qualis est lectio librorum prohibitorum, quæ conceditur inquisitoribus, & Episcopis denegatur, ut ostendi supra parte 2. super cap. fraternitatis, de hæret. non enim conseruntur ratione personarum, sed intuitu fidei: fauor autem fidei ubique unus est.

Verum caute hoc accipere oportet, ne diffinatio ex hac opinione consequatur, cum multa sint, quæ solis inquisitoribus delegatis competere videantur: crederem

derem ergo ad remouendam nunc omnem dubitatio  
nem absentibus aut mortuis Inquisitoribus, & nul  
lis aliis in eorum locū substitutis, omnia priuilegia  
inquisitoribus tributa Episcopis competere.

Idem dicas in illis locis, in quibus nunquā sūt ad  
huc delegati inquisitores cōstituti. in illis enim Epi  
scopi in causis fidei ea prestare poterunt, quæ si ades  
sent inquisitores ratione suorū priuilegiū præsti  
tissent: idque sauro fidei, qui est huīus assertioni s  
potissima & certissima ratio: atque hinc patebit pos  
se Episcopos sicut Inquisitores citare testes extra  
suā diēcēsim, ut dixi infra super q. 74.

#### Q V A E S T I O L V I I .

An Inquisitor brachij sacerularis aux  
ilium inuocare possit.

**Q** Vinquagēsimaseptima questio est:  
Vtrum inquisitor pro capiendis hæ  
reticis, credentibus, receptatoribus,  
defensoribus, & fautoribus eorum,  
diffamatis de hæresi, vel suspectis,  
possit inuocare auxilium brachij sacerularis?

Respondemus q. sic, iuxta c. Ut officium, §. de  
nique ubi multis præmissis sic subiungitur: Deni  
que ut circa præmissa plene uobis & singulis ue  
stis coercētiōnis expedita, & inuiolabilis adīs au  
toritas, uolumus, ut ea omnia utiliter exequamini  
(si opus fuerit) in uocato auxilio brachii sacerularis.

Hæc eadem uerba habentur per omnia in litteris Apostolicis tæpe allegatis Clementis, & Ale  
xandri, & Vibani: I. I. Prae cunctis.

Delegatus enī non potest ex officio suo in  
uocare auxilium brachij sacerularis, nisi ex speciali  
commissione, ut sit inquisitoribus. De hoc argu  
per cap. & §. allegatis.

#### C O M M E N T . C V I .

**N**On modo inquisitores habent familiā arma  
ram, sed quoniam ea non sufficit pro officiū sa  
tri executione, auxiliū sacerularū magistratum pos  
sunt inuocare quod ipsum sanciuit iam olim Urba  
nas IIII. rescripto quodā incipiēte: Licet ex om  
nibus, §. deniq. quod vidimus in archivio inquisitio  
nis Bononiensis, referturq; imprensū in bullario litte  
rā Apostolicā tradūt et hoc priuilegiū Reperto  
riū inquisitorū verbo, brachiū Zanchinus hæret.  
c. 37. nu. 1. P. normitanus in c. 1. de officio ord. Simā  
cas de cacho. inibid. i. 23. nu. 8. Locutus in opere iudi  
ciali verbo, inquisitor. nu. 30. Ioan. Roias sing. 21.  
incipient. arma. & alij.

Atque hoc etiam priuilegium magnā habet equi  
tatem: sapientia enim est tanta hereticorum multitudo,  
eius portetia, ut vires inquisitorū, aut Episcoporū nō  
sufficiant; & propterea oportuit brachium sacerulare  
inuocare. I. si quis 10. C. de Episcopis, & clericis.

Hoc amplius additum est huīus priuilegio, ut pos  
sint inquisitores per cœfuras ecclesiasticas cōpellere  
magistratus sacerulares, ut sibi auxilium hoc prebeat  
et, quoniam fuerint requisiti; ut multis Pōtificum rescri  
bris cauīz alibi docimūs, qui si in eo auxilio prestā

A do aut cōtumaces aut negligentes fuerint, & excom  
municari possunt, & honore priuari, & allis paenit  
pro delicti qualitate coerceri. iuxta c. ad abolēdā. §.  
penult. & c. excommunicamus. §. moneātur de hæret.  
¶ Delegatus enim non potest ex officio suo  
inuocare auxilium brachii sacerularis, &c.] Hanc  
questiōne late disputat Archidiaconus & Ioannes  
Fatuuccius in c. administratores. 23. q. 5 vbi multorum Delegatus &  
pugnates refert sententias. de codē auxilio sacerulari tione folius  
præstanto vide textū & ibi glo. & doctores in c. 1. an delegationis  
& in c. quoniam extra de officiū iud. ordinarii. & Inno  
centium & doctores in c. significasti. de officiū deleg.

Et quamvis communis sententia videatur cōtra  
Eymericū: nihilominus nihil est nominatim cautū;  
& fortassis probabilius est, quod hoc loco afferit au  
tor, videlicet, delegatus, qualis ē inquisitor, nō posse  
ex officio, & ratione folius delegationis auxiliū sacer  
culare inuocare: quoniam alijs hoc nō concederetur  
sibi tanquā priuilegium, dū vulgo in rescriptis dele  
gatorum dicitur: Inuocato, si opus fuerit, auxilio sa  
cerulari: Frustra enim fieret expressio eius quod inest,  
& concessio specialis eius, quod suo iure conuenit.

Itaq; hac Eymerici sententia magis videri posset  
aliciū ad veritatem accedere propter memoratā ratio  
nem, & curia consuetudinem: quā etiā videretur rel  
le Repertoriū inquisitorū verbo, brachiū. §. sed

C an delegatus. & hanc Eymerici sēcētiā tenet Archi  
diaconus in c. ut officiū. §. compescendi. de hæret. li. 6.

Ceterū Federicus de Senis vir magne au  
toritas, consil. sive q. 163. incip. Super inuocatione &  
petitione. ex multis concēdit delegatum etiā si non  
habeat expresse in mandatis, quod possit brachiū sa  
cerulare inuocare: nihilominus tamen posse inuocare;  
quia cum res aliqua conceditur, omnia etiam illa cō  
cessa intelliguntur & permitta, sine quib. eares ex  
pediri nō potest: quare ut delegatus recte exercere  
possit suā iurisdictionem, brachiū sacerulare debet pos  
se inuocare, quāvis id sibi expresse nō cōcedatur, sa  
ne hec sentētia multū fauorabilis est, et mibi placet.

#### D E C A R C E R E Inquisitoris.

#### Q V A E S T I O L V I I I .

An Inquisitor possit habere carcerem  
proprium.

#### S V M M A R I V M .

- E 1 Inquisitor potest habere proprium carcerem ad custodiā reorum.
- 2 Domini temporales in quibus patere tenentur inquisitoribus.
- 3 Carcer ad pœnam Episcopo & inquisitori debet esse communis.

**Q** Vinquagēsimaoctaua questio est: Vtrum in  
quisitor possit habere carcerem proprium  
pro reis seu delatis ibidem detinendis ad  
custodiā seu ad pœnam?

i Respon-